Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Quos cum uideret iesus: indignatus est et ait
illis Sinite puerulos uenire ad me et ne prohibueri
tis eos Talium est enim regnum celorum Amen dico
uobis: quisquis non receperit regnum dei uelut puerulus:
non intrabit in illud Et complexans eos et impo
nens manus super illos benedicebat eos Feria sexta
Fres Per caritatem trinitatis Ad thessalonicen
non necesse habemus scribere uobis ipsi enim uos
adeo didicistis: ut diligatis inuicem Etenim facitis
illud in omnes fres in uniuersa etiam Rogamus
autem uos ut abundetis magis et operam detis: ut que
sitis: et ut uestrum negotium agatis et operemini ma
nibus uestris sicut preceptum uobis: et ut honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt: et ut nullius
aliquid deficeretis Gratia domini nostri iesu xpi sit uobiscum
In illo tempore Dixit dns iesus prin Secundum matheum
apibus sacerdotum et senioribus pli Quid uobis
uidetur Homo quidam habuit duos filios et
accedens ad primum dixit Fili uade hodie operare
in uinea mea Ille autem respondens ait Nolo Postea
autem penitentia motus abiit: Accedens autem
ad alterum dixit similiter At ille respondens ait
Eo dne: et non iuit Quis ex duobus fecit uolun
tatem patris Dicunt ei Prim Dicit illis iesus
Amen dico uobis: quia publicani et meretrices
precedunt uos in regnum dei Venit enim ad uos
iohannes in uia iustitie et non credidistis ei:
publicani autem et meretrices crediderunt ei:
Vos autem uidentes: nec penitentiam habu
istis postea ut crederetis ei Dnica vi oratio
Conserua pplm tuum deus et tuo nomi fac deuo